



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XIII. De literis ipsius Apostolici ad Clerum & populum Bambergens.
Episcopum suum commendantis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Talibus scriptis beatissimum Patrem nostrum Ottonem Apostolicus, diuæ memoriæ, Ruthardo Archiepiscopo, fidei suo, commendans, quàm intimis paterni amoris visceribus eum amplectendo foueret ac fouendo amplecteretur, euidentius apparuit. Nec immeritò. Præuidebat enim beatum hunc firmissimam Ecclesiæ Dei columnam futuram, & arcam Domini inter vndas diluuij felicissima gubernatione recturum. Nihilominus clero & populo Babebergensi idem summus Ecclesiæ Pastor literas huiuscemodi transmisit, vt filiis quoque vnicum Patrem ante gratum ex hoc gratiorem redderet.

De literis ipsius Apostolici ad clerum & populum Babebergensem Ottonem suum commendantis.

CAPVT XIII.

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei, Vide & ita edit. à Can. l. 6. 1. cap. 9.
Clero & populo Babebergensi, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Quanta affectionis debito Babebergensis Ecclesia ab ipso sua constitutionis primordio sedi Apostolica constringatur, etsi nos lateret, literarum vestrarum significatio manifestat. Quod affectionis debitum venerabilis Frater noster Otto, vestra Ecclesie Electus non * inconstanter tenuisse, & tenere cognoscitur, cum per tot & tanta pericula ad Apostolica sedis visitationem * tendere procurauit. Pontifex commendat Oikonomum Bamberg. * Mendose editio Canisiana: Non inconstanter. * edit. Canis. percurrat.

Nos igitur cum debita benignitatis affectione suscepimus, & iuxta vestra dilectionis desiderium, nostris, tanquam Beati Petri manibus, saluo Metropolitanæ iure, vobis per
Dei